

**6291** M. Bar[r]onio M. f. Ouf. | Surae<sup>1</sup> II quinq., | aug., tr. mil., praef. | fabr., d. d. publice | post mortem.

**6291<sup>a</sup>** Dentriae L. f. Pollae | sacerdoti divae | Augustae | post mortem | d. d.

*Aquini (X 5401. 5415 hanc descr. saec. XVI Smetius, illam saec. XVIII Cayro Anagninus). — 1) Ad eundem pertinet X 5400.*

*Alios titulos Aquinates dedi supra N. 4459. 2108. 3333. 6286, prope Aquinum repertos N. 2926. 3436. 5780.*

---

**6292** Pompeiae | Cn. f. Phoebe | sacerdot. | divarum | d. d.

*San Germano, ubi fuit Casinum (X 5201 aliquoties descripta saec. XVIII).* —

*Titulos Casinates habes etiam supra N. 87. 972. 3350. 3428. 3784. 3863. 4093. 5365. 5565. 5628. Cf. praeterea N. 6268. 6294. 6624 (= XI 5278).*

---

**6293** Pompeiae | Q. f. Catullae | sacerd. August., | decr. dec., | remissa pec. publ. | C. Truttedius | Pius fil. | L. d. d. d.

*Minturnis rep., iam Neapoli (X 6018 vidit Mommsen).*

*Titulos Minturnenses habes etiam N. 389. 476. 652. 871(?). 1066. 4568. 2490. 3318. 3519. 5062. 5603. Cf. N. 6294.*

---

**6294** Corelliae C. f. Gallae Papianae | uxori C. Corelli N. f. Fab., | quae testamento dedit coloniae | Menturnensi HS Ā et municipio Casini HS Ā, | ita uti VII idus Mart. natali suo | quodannis crustulum et mulsum detur, | ex testamento fieri iussit HS C.

*In Latio, inter Labicos et Praeneste loco dicto San Cesareo (XIV 2827 vidi).*

---

**6295** L. Villio C. f.<sup>1</sup> Tromen. | Atiliano praef. fabr., | praef. coh., trib. milit., | proc. Aug., patron. colon., | qui rogatus ab ordine pariter et populo, gladiatori | muneris publici curam | susciperet, fecit et explicito | quod promiserat inpendium | bigae, quam populus ex collatione | legativi epuli offerebat, remisit | eo anno quo et optimus imperator | Hadrianus Augustus etiam | duumviratus honorem<sup>2</sup> suscepit. | L. Stertinius L. lib. Parthenopaeus | amico incomparabili. | L. d. d. d.

*Caietae ut videtur descripta, nec tamen res certa, cum in antiquissimis Cyriaci codicibus nulla sit loci indicatio: Minturnis titulum stetisse coniecit Mommsen (X 6090 servavit Cyriacus). — 1) L. Iulio cod. Hamilton. 254 f. 68. — 2) Cf. vit. Hadr. 49, 1.*

---

**6296** C. Titio | Chresimo Aug. II.<sup>1</sup> | Huic ordo decurionum, | quod pro salute et indulgen|tia imp. Antonini Pii Felicis Aug.<sup>2</sup> | et ex voluntate populi munus | familiae gladiatoriae ex pecunia | sua diem privatum secundum dignitatem coloniae ediderit, honorem | biselli quo quis optimo exemplo in | colonia Suessa habuit et ut aquae | digitus in domo eius flueret com|modisque publicis ac si decurio fru|eretur, et Titio Chresimo filio eius | ob merita patris honorem decuriona|tus gratuitum decrevit. | Ordo decurionum et Augustalium | et pleps universa. (*In latere*) [Q. S]osio Falcone C. Iulio | Erucio Claro cos.<sup>3</sup> | nonis Septembr. | Suessae in b[y]-bl[i]otheca M[ati]diana<sup>4</sup> scribundo adfu[erunt] | T. Iulius Bassus M. Maesius